



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Imitatione Christi**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiae, 1607**

De bono regimine in externis, & recursu ad Deum in periculis. 38

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](#)

proficiunt. Hi ad veram puri cordis libertatem , & iucundæ familiaritatis meæ gratiam , non pertingent : nisi integra resignatione , & quotidiana sui immolatione priùs facta : sine qua non stat, nec stabit vnio fruitiua.

*Mat. 16* 3 Dixi tibi sæpiissimè , & nunc iterùm dico . Relinque te, resigna te, & frueris magna interna pace . Da totum pro toto : nil exquire, nil repete: sta pure & inhæsitanter in me, & habebis me. Eris liber in corde, & tenebræ non concubant te. Ad hoc conare, hoc ora, hoc desidera : vt ab omni proprietate possis exspoliari , & nudus nudum Iesum sequi : tibi mori , & mihi æternaliter vivere . Tunc deficient omnes vanæ phantasie , conturbationes iniquæ , & curæ superfluæ . Tunc etiam recedet immoderatus timor , & inordinatus amor morietur.

## Cap. xxxviii.

*De bono regimine in externis , & recursu ad Deum , in periculis .*

Domi- <sup>1</sup> **F**ili, † ad istud diligenter tendere  
nus. debes, vi. in omni loco & actione,  
scilicet occupatione externa , sis intimus  
liber,

liber, & tui ipsius potens, & sicut omnia  
sub te, & tu non sub eis: ut sis Dominus  
actionum tuarum & rector, non seruus  
nec emptitius: sed magis exemptus ve-  
rusque Hebræus, in sortem ac liberta-  
tem transiens filiorum Dei: qui stant  
super præsentia, & speculatur æterna:  
qui trânsitoria sinistro intuentur oculo,  
& dextro cœlestia: quos temporalia non  
trahunt ad inhærendum, sed trahunt  
ipsi magis ea ad benè seruendum:  
prout ordinata sunt à Deo, & instituta  
à summo opifice: qui nil inordinatum  
in sua reliquit creatura.

2 Si etiam in omni euentu stas, non  
in apparentia externa, nec oculo car-  
nali lustras visa vel audita: sed mox in  
qualibet causa, intras cum Moysè in *Exod. 33*  
tabernaculum, ad consulendum Do-  
minum: audies nōnumquam diuinum  
responsum, & redies instructus de  
multis præsentibus & futuris. Semper  
enim Moyses, recursum habuit ad ta-  
bernaculum, pro dubiis & quæstioni-  
bus soluendis: fugitque ad orationis  
adiutorium, pro periculis & improbi-  
tatis hominum subleuandis. Sic & *Man. 6.*  
tu configere debes, in cordis tui se-  
cre-

Ios. 9. cretatum, ditinum intentius implorando suffragium. Propterea namque Iosue & filii Israel, à Gabaonitis leguntur decepti: quia os Domini prius non interrogauerunt, sed nimium creduli dulcibus sermonibus, falsa pietate delusi sunt.

## C A P. XXXIX.

*Quod homo non sit importunus,  
in negotiis.*

Domi- 1 Fili, † committe mihi semper cau-

nus. sam tuam, ego benè disponam in tempore suo. Exspecta ordinationem meam, & senties inde profectum.

Seruus. \* Domine, satis libenter tibi omnes res committo, quia parum potest cogitatio mea proficere. Utinam non multum adhærerem futuris euentibus, sed ad beneplacitum tuum incunctanter me offerrem.

Domi- 2 † Fili, sæpè homo rem aliquam ve-

nus. hementer agitat, quam desiderat: sed cum ad eam peruerterit, aliter sentire incipit: quia affectiones circa idem, non sunt durabiles: sed magis de uno ad aliud, impellunt. Non est ergo mi-

nimum